



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 7. & 8.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Domino, atque ita in eum locum omnes eunt interpretes Bannes, Sorus, Lessius. Quod si facultas restituendi nulla est, propositum sufficit, sed cum facultas redit, ipso facto omnia sunt restituenda. Augustinus Epist. 54. ad Macedon. Si res aliena propter quam peccatum est, reddi potest, & non redditur, penitentia non agitur; sed simulatur. Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.

Quod si hæreticos consulamus, necessario dicendum est, remitti peccatum quamvis non restituatur ablatum. Nam eorum peccatum ante penitentiam remittitur, hoc est, non imputatur. Ante restitutionem igitur remittitur, sola fide. Restitutio enim bonum opus est, at bonum opus sequitur, inquit, non præcedit iustificationem. Denique si homicidium & adulterium Davidis, non fecit eum iniustum, nec Spiritu sancto eum priuavit, cur Calvinianos furtum aut rapina de sua fiducia, iustitiaque, indelebili deieceret?

Nec restitutio tamen Iudam absoluit, ut docet S. Ambrosius in c. ultimum Daniel. Serm. 2. Magnum igitur dominice innocentie testimonium est, dum accusator eius & confessor de scelere, & reus est de mercede. Dum enim miser refugit venditionis pretium, putat se facinorosi sui solvere posse contrarium. Sed nec ipse absoluitur. Dum enim auctor venditionis sua reus, constat istos sceleratum cum sacrilego iniisse contrarium. Suae ergo sententia Iudas proditor condemnatur. Mirum forte sit vobis quod non eum populus iud. cauerit, non pressit adduxerit. Hoc sacrilegi solet esse iudicium, ut impietatem suam ipse dum recordatur, & puniat, celus suum dum recognoscit, & vindicet. Omnium enim supergreditur sententia, quæ si sua conscientia sua sententia condemnatur.

VERSUS 7. & 8.

Consilio autem inito, emerunt ex illis agri figuli in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille Haceldama, hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem.

QVÆSTIO I.

Cur agrum emerunt?

S. Vplicem ex redditu pecuniæ commendatione postulabant: Pietatis integritatem, & in contumaciam illam, quod in corbonam fanguinarum, quod in argentum pii & mites Sacerdotes non mitterent. Deinde summæ liberalitatis, quod in sepulturam peregrinorum tantam summam expenderent. Ideo enim agrum figuli emerant. In Syro vocatur *אגרי פרוש* agri, nisi forte sit legendum Mem pro Samech. In margine Syri textus additum *פרוש* interpretatur *seclusus*, ad est, agrum. Ager autem celeberrimus, & notus esse videtur. Pro peregrinis vel Iudæis vel Gentibus fuisse emptum apparet, præcipue tamen gentibus. Iudeorum enim peregrinis iam olim de sepulturâ propositum esse probabile est. Gentium magna multitudo Ierosolymam confluebat, & in eo loco præsidium erat Romanorum. Illis igitur sepulturam emendebant, verum Deus alio euentu consilia humanæ prudentiæ destruxit, & dissipauit.

Nam agrum illum celeberrimum Deus esse voluit, adeoque mutato nomine vocari *Haceldama* agrum sanguinis. Verissime Chrysostomus *ὁ δὲ πάλιν αὐτὸς καὶ ἀλλοτρίων ἀνθρώπων ἐστὶν οὐκ ἐστὶν αὐτοῦ*; ἐπεὶ δὲ ὁ πόντος τὸν ἀγρὸν ἐκ κεραμέως εἰς τὴν κορυφαίαν, ἀπὸ κεραμέως τὸν ἀγρὸν ἐκ κεραμέως εἰς τὴν κορυφαίαν, ἐγένετο δὲ καὶ τὸ μαρτυρεῖται καὶ αὐτὸν, καὶ

Adam. Cenzani in Euang. Tom. 1.

τῆς περὶ τοὺς ἀγροὺς ἐλεγχῶ. τὸ δὲ ὄνομα ἔχωρις, πάλιν λαμπρότερον ἐκέρυψε πᾶσι τὴν μεταφυσικὴν αὐτῶν, καὶ ὅτι ἀπὸ αὐτοῦ πᾶσι, ἀλλὰ συμμέλειον λαβόντες, καὶ πάντες ἀπὸ αὐτοῦ, ἵνα μηδὲς ἀπὸ αὐτοῦ τὸ λημψόμεθα, ἀλλὰ πάντες παύσομεθα. Vides rursus propria eos conscientia condemnari, quoniam enim non ignorabant iniqui se hominis eadem coemisse, noluerunt in corbonam pecuniam deponere, sed agrum in peregrinorum sepulturam emerunt: quæ res proditoris adversus illos testimonium est. Nomen enim loco illi inditum omni clarius tuba sceleratum eorum prædicat eadem: nec simpliciter, sed consilio congregato id factum. Et in omnibus sic procedunt, ne aliquis ab hoc crimine innocens sit, sed omnes simul hac magnitudine peccati premantur.

S. 2. Nec eâ tamen inveniunt cula causam suam meliusculam fecere sacerdotes. Utroque enim propria sententia ferit. Ambrosius enarr. in Plal. 61. in illa verba: *precium meum voluerunt repellere. Præcipue synagoga suo se condemnant iudicio. Proficiunt enim in pretium esse sanguinis quod dederunt, dum arguunt refundentem. Nam si recipiendum non fuit, nec soluendum fuit. Atque utinam aut non dedissent, aut quia dederant, nec recepissent. Repudiaverunt enim, quod in corbonam mittere noluerunt, & emerunt inde agrum in sepulturam peregrinorum. Merito ergo gentiles, quibus agri eius qui morte emptus est Christi, sepultura proficit, iam non sunt a Iuena atque peregrini, sed cives sanctorum facti sunt, & domestici Dei, quia conspeliuntur Dei filio: Iudæi autem, qui passionis eius pretium repudiaverunt, peregrinantur à Christo. Tolerabilior illis vel in hoc proditor, quo confitetur errorem: illi autem crimen suum excusando acerbant. Verecundior est enim confessio post delictum. Impudenter igitur refellebant commune sacrilegium confitentem, dicentes: quid ad nos? tu videris.*

Diuino igitur ista consilio euenerunt, ut ager monumentum esset, & iniquæ cædis, & redemptionis, ut in eius aspectu & nomine suorum verborum recordarentur, cum dixerunt. *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Mansit enim nomen agri ad Hieronymi usque tempora. Haceldama in Græco textu non habetur. Syrus vocat *אגרי דמים* ager sanguinis quod *חבל*, villam, agrum sanguinis significat. Verum Petrus Actor. 1. Haceldama dictum ait, quod proprie agrum sanguinis significat.

S. 3. S. Chrysostomus Iudaicam illam Eleemosynam condemnat ex Malach. Prophetâ, *Altare meum la rymis operiebatis.* Non enim rapina nutrirî vult Christus. Ambrosius l. 10. in Lucam. Gentium conuersionem hic prædictam interpretatur. Amentes (Sacerdotes) plane, qui putent solui semagis auctoris scelere quam teneri. In pecuniariis causis refuso pretio ius soluitur: hi pretium recipiunt, & sacrilegium prosequuntur, ac pertinacibus studiis funestum sibi vindicant sanguinis auctorem, cum refunderet venditor sacrilegi mercedem. Evidenter itaque, dum pretium sanguinis à Iudeorum gazophylaciis separatur, & ager figuli ea qua venditur Christus comparatur pecunia, dum is locus humanam peregrinorum reliquiis dicatur, & Prophetia impletur otaculum, & surgens Ecclesiæ mysterium reuelatur.

Gravis fuit exprobratio sceleris, nam & publice Iudas de innocentia protestatus est, & pecuniam profecit in templum, hoc in atrium, ubi multæ myriades populi erant tempore Paschæ, non enim in templi interiora adyta venire potuit. Proditoris autem tantum erat testimonium, cum turpitudinem facinoris, quæ sola proditi scelere regi poterat, eiusdem innocentia appareret.

S. 4. Bullingerus Chrysostomum dicentem non sine querela, Episcopos esse velut æconomos pauperum, atque id contra nostros Episcopos intorquet, quos ait esse milites magistros. Ut res intelligatur, audiendus est ipse Chrysostomus. *Veniat in mentem vobis*

800 millia Leuitarum Iudaeos alere solitos fuisse, & cum his viduas, & parentibus orbos: praeterea muneribus aliis subiectos militiae quoque operam d. disse: nunc autem agros, domus, locationes edificiorum, vehicula, equos, mulos, multaque alia huiusmodi propter vos, & vestram crudelitatem Ecclesia possidet. Oportebat enim hunc Ecclesiae thesaurum vos retinere, ac Ecclesiam non paruos ex vestra deuotione consequi fructus. Modò autem duo quaedam mala committuntur. Nam vos quasi nihil dare debeatis, nihil conferitis, & Dei sacerdotes à sacerdotio aliena pertrahant. An non poterant etiam tempore Apostolorum domus & agri ab Ecclesia possideri? cuius igitur rei gratia vendentes pecuniam offerebant? Quia id multò melius erat proficisci. Nunc verò secularium curarum vobis furentibus, timor vestros inuasis patres, ne dum colligere ac nihil seminare studeatis, viduarum orphanorum, & virginum multitudo fame deperat, quare commoti haec sibi comparare coacti sunt. Non libenter ad hanc se deformitatem immiserunt, qui desiderabant fructus ex vestra deuotione sic acquirere, ut orationibus solum attendere possent: nunc verò coëgitur eos eorum qui secularia gerunt negotia, curam & gubernationem imitari, vnde vniuersa commiscetur atque turbantur. Cum enim & nos eadem qua vos sollicitudine teneamur: quis propitium faciet Deum? Propter ea os aperiri non possumus, quia non melius Ecclesia quam secularia gubernantur. Non audistis, quia nec quidem has pecunias, quae à se labore fuerunt collectae, distribuendas putauerunt Apostoli? Modò autem in procuratores, dispensatores, campiones redacti Episcopi sunt obistarum rerum curam & sollicitudinem. Cumque oporteat ipsos animarum habere curam vestrarum, hoc praetermissum illa sollicitudo curant, qua publicanis, questoribus, atque villicis curanda sunt, de his quotidie cogitant & peruiolant: Hoc non frustra deploro, sed vos haec rerum correctio & mutatio quaedam in melius fiat, ut & nos qui grauem hanc seruitutem patimur, misericordiam consequamur, & vos fructus & thesauros Ecclesiae preparatis: Si autem ita facere non vultis, ecce ante oculos vestros pauperes sunt, ex quibus quotquot potuerimus alere, non negligemus: quos verò non possumus, vobis dimittemus: quos aliter oro diligenter, ne in terribili die iudicii illa verba quae aduersus misericordes dicentur, audiat: Famefecerunt me vidistis, & non aluistis.

Auritia
populi Sa-
cerdotes sa-
cit acono-
mos.

Queritur merito Chrysostomus, sed de populo non autem Episcopis. Ecclesiam ait possidere opes, sed causam esse ait, si vultis, et vultis exiit apostolus. Propter vos, & vestram inhumanitatem. Nam populum habere thesauros, & liberales esse debere. Nunc illos nihil dare. Imo esse tunc si vultis, et vultis exiit apostolus, si-
rere circa res huius v. r. e. Ideo timuisse patres ne pauperum multitudo fame periret, coactus ad haec se dimittere. Coactos autem à populo. Imo seipsum in eorum numero collocat. Seruitutem grauem iudicat. Officia deinde sacerdotum proponit, nutrire inopes, oppressos protegere, peregrinos curare, orbos, viduas, virgines defendere. Ratione porro Sacerdotes eo onere liberandi ipse proponit. Καὶ ὅτι τῆς ἑξῆς χά-
εἰς δέκα μυριάδων ἀριθμὸν αἰμαὶ τὰς ἐνταῦθα
συναζόμενες τέλει, καὶ εἰς αὐτὸν ἑνὸς ἀγῶντος μετέδιδε τινὶ
τῶν πενήτων ἑκάς θ, ἀπαισες δὲ ἐν εὐπορίᾳ, εἰ ἐξ ἑ-
νὸς μόνον ἰβόλῃ, εἰς δὲ ἂν ἦν πένης, καὶ ἂν ποσὸν
ὑπομέναντο οὐκ εἶδον καὶ σκώμματα, δοτὶ τῆς τοῦ πᾶ-
κτινὰς ἀντιβίας. Gratia enim Dei centum millia hominum
huc conuenire opinor, quorum singuli si vnumpanem quotidie
pauperi cupiam offerent, omnes certe pauperes abundarent: si
vnum unusquisque obolum so ummodo, nemo penitus indigeret:
nec tot probra & conuitia sustineremus, quod nimium ad pos-
sessiones sumus attenti.

Verum manet hodieque illa plurimorum inhumanitas, & plerumque diuitum. Mediocrium enim ciuium largior est manus, diuitum est in magnis opibus maxima tenacitas.

Denique optat multos scaturire fontes, areamque

atque gurgularem, populi deuotionem nobis fieri. Idem nunc quoque respondeo, excutitur deuotio populi, & opibus tam magnis Ecclesia non eget.

Quod si aliquorum nequitia, aut luxu Ecclesiae bona dissipantur, habent & illi iudicium damnationis. Ut etiam alij saeculares, qui iniuste illa occupant. Videmus enim nobiles familias & principales obborum Ecclesiasticorum rapinam varijs modis quotidie interire. At multi Episcopi sunt praefecti militiae. Si sua voluntate, non excuso: si miserabili necessitate, non damno. Vices eorum doleo. Tam cogunt haereticorum violenta consilia πολεμεῖν, bellare, quam Laicorum tenacitas διακονεῖν, rerum secularium curam gerere. Oeconomus fures, abigeos, fraudatores abigit. Bellator latrones & hostes. Si vero hic verè trutinam exploremus, facile inueniemus quis in culpa sit. Praeful, quem sua sponte quietum, suis contentum, publico latrocinio sectarij inuadunt, an vero illi Episcopatum, eo tempore, quo Bullingerus ita scribat, patitores. Episcopos accusat, quod occidi se, quos suas diripi non permiserunt. Illos laudat, qui nefarium bellum contra omnia iura Episcopis intulerunt. Illi alienam crudelitatem coacti aliquando perculserunt in gladio, ne caderent.

VERSUS 9. & 10.

*Tunc impletum est, quod dictum per
Jeremiam Prophetam dicentem:
Et acceperunt triginta argenteos
pretium appretiatorum, quem appreti-
auerunt à filiis Israel: & dederunt
eos in agrum figuli, sicut constituit
mibi Dominus.*

QUESTIO I.

Quae Prophetia citatur?

§. 1. IN Graecis & Latinis exemplaribus Ieremias ponitur. In Syro nomen Prophetae omittitur. Hinc triplex expositio. Multi ex loco Ieremias non edito, sed qui olim fuerit, esse Prophetiam putant. Alij esse liberariorum errore pro Zacharia Ieremiam. Alij nullius nomen Prophetae apponendum. Nam eorum sententiam, qui errasse Euangelistas calumniati sunt, non refero inter eas, quibus scriptura exponitur, sed quibus deprauatur. Quartam expositionem addit Erasmus; nempe Zachariam fuisse binominem, vocatum etiam Ieremiam. Quam etiam reijcio, quod nusquam id in eo Prophetâ legatur, aut alio. Deinde quod Ieremiam omnes intelligant illi esse, qui tempore Iosue, & captiuitatis vixit, nec dubium videretur nomen, addo nec veteres Iudaeos, nec Christianos vnquam existimasse Zachariam etiam vocari Ieremiam. Itaque hoc est fugiendae difficultatis inane commentum.

§. 2. Erasmus memoriae lapsum concedit, & id sentire Augustinum asserit. Verba Erasmi sunt. [Certe etiam si fuisset in nomine dumtaxat memorizatus, non opinor quemquam addere morosum esse oportere, ut ob eam causam totius scripturae sacrae labasceret auctoritas, praesertim cum Augustinus libro de consensu Evangelistarum 3. cap. 7. tribuat auctori imperitiae, quod in nonnullis codicibus pro Hieremia scriptum inueniatur Zacharia: putat autem Germanam & Apostolicam scripturam esse Hieremiam. Nominis autem errorem tribuit lapsui memoriae, cuius nomen pro alio occurrerit, ita occultis de causis spiritus]